

Montin\* qui adiit Alpes Lapponiæ, pulchrè detexit in *Musco Norvegico umbraculo ruberrimo*, Dill., Musc., 547, T. 85, f. 9, sexum dioicum; alter verò, DD. Hagstroem\*\* reperiisse se scribit, in summo altissimi montis cacumine, plantam sibi ignotam, quam nondùm vidi.

Ego, in itinere Scanico, in plantâ Fl. Suec. 996, seu *Calamariâ Dillenii* vidi, non tantùm squamam cordatam ad basin foliorum, quæ loco floris est, sed etiam tam flores masculos, quàm femincos.

---

\* MONTIN (LAUR.), *Linnaei magistri exemplum et consiliùm secutus, plagas Boreales investigavit, cujus itinerarium, ex epist. ipsius Dec. 1749 ad Bern. de Jussieu, excerpte licet*: « Incunte nimirum anni hujus vere, iter, suasore et auctore Archiatro nostro Linneo, in me suscepi Lapponicum, ut naturalia dissitarum provinciarum colligerem, atque in ea ulterius inquirerem. Lares itaque Upsalienses reliqui: Westrobotniam peragravi; Lapponiam petii Lälensem; circà initium ætatis ad Alpes perveni, quas mox conscendi, iter Norvegiam versùs dirigens: rariora conquisivi; nova, licet paucissima, descripsi; tandem, Norvegiâ ad mare usque Septentrionale perlustratâ, Westrobotniam repetii; ultimâ ibi ætatis particulâ jucundè transactâ, Upsaliam spoliis tam vivis, quàm aliis conservatis, finito cum mense Septembri itinere, redux factus sum. » *Litteras comitabatur herbarium plantarum à Montino collectarum, pro quo recepto Bernardus infrâ grates agit, quodque typis Floræ Lapponicæ Linneæ præciosum servamus.* (Adn. Ad. Jussieu, *Act. præc.*, p. 206.)

\*\* HAGSTROEM, autre disciple de Linné, parcourut le Jemtland en 1749.